honestum aut utile contenditur quod dicit fieri & illud
quod arguitur dicitur esse commissum,



Purgatio est cum factum quidem conceditur sed culpa remo
uetur. hae partes habet tres inprudentiam casum necessitatem,
Deprecatio est cum & peccasse & consulto peccasse reus
confitetur & tamen ut ignoscatur postulat quod genus
perraro potest accedere,
Scriptum et uoluntas est quando uerba ipsa uidentur
cum sententia scriptoris dissidere.
Legis contrariae status est quando inter se duae leges
aut plures discrepare uidentur.
Ambiguitas est cum id quod scriptum est duas aut plures
res significare uidetur,
Collectio est quae ratiocinatio nuncupatur quando ex eo
quod scriptum est inuenitur,
Definitio legalis est cum uis uerbi quasi definitiua consta
tione in qua posita sit queritur,
Status ergo tam rationales quam legales a quibusdam
decim & octo connumerati sunt